



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Coenobia Monialium Capituli VVindesimensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

Monasterium B. Mariæ in Bardersholm
in Holfatia, d. Bremensis.

Monasterium S. Ioannis Baptistæ in Mer-
keshusen, in Hafsia, d. Moguntinæ.

Monasterium S. Georgij martyris in Sam-
beco, d. Ratisponensis.

Mons B. Mariæ propè fluuium Iasonis, d.
Caminensis.

**COENOBIA MONIALIVM CAPI-
tuli VVindesimensis.**

MONASTERIVM Campi B. Mariæ in
vrbe Amstelodamensi in Hollandia, d. olim
Vltraiectensis.

Monasterium vallis S. Barbaræ in Thenis,
opido Brabantia, d. olim Leodiensis, nunc
Machliniensis.

Monasterium B. Mariæ, & S. Agnetis in
Diepenvene propè Dauentriam, d. olim Vl-
traiectensis, nunc Dauentriensis.

Monasterium B. Mariæ in Redinchem,
propè VVageningam, in Ducatu Geldria, d.
Vltraiectensis.

Monasterium S. Ioannis Baptistæ, in Bro-
nopia propè Campos, opidum d. olim Vl-
traiectensis, nunc Leouardiensis.

Vallis Angelorum in Bonna, opido d. Co-
loniensis, floret.

Monasterium Hierusalem in vrbe Vl-
traiectensi, eiusdem dicecesis.

Mona-

Monasterium S. Agnetis in Dordraco, Hollandiæ opido, d. Ultraiectensis.

Monasterium B. Mariæ in Bethania propè Machliniam, d. olim Cameracensis, nunc Machliniensis, floret.

Monasterium B. Marię in Bethania propè Arnhemum, Gelriæ opidum, d. Ultraiectensis.

Monasterium B. Mariæ in vrbe Gandensi, diœcesis olim Tornacensis, nunc Gandensis, floret.

Monasterium B. Mariæ in Facons, siue Facens, in vrbe Antverpia, d. olim Cameracensis, nunc Antverpiensis.

Monasterium B. Mariæ in Neomago Gelriæ opido, d. olim Coloniensis, nunc Ruremundensis, est nunc valetudinarium, seu nosocomium.

Haftenùs ex Ordinario Capituli VVindesemensis, suprà citato.

Est & monasterium Virginum regularium in Oostmal Brabantiae pago, diœcesis Antverpiensis.

Cæterùm Canonici regulares Capituli VVindesemensis, proprium habent Breuiarium ad horas Canonicas legendas ac cantandas Louanij, anno 1546. excusum.

Fuit itaque olim longè celeberrima atque amplissima congregatio VVindesemensis, sed quæ plurima post hæreses in Germania ac

nia ac Belgio enatas monasteria amisit, quibus asteriscum, siue crucis notam, supra in Catalogo præfiximus.

CAPVT XIV.

CONGREGATIO CANONICORVM
S. Gregorij in Alga, apud Venetos.

1407. **O**NVFRIVS Panuinius in Chronico suo Ecclesiastico, tradit ordinem Canoniorum sæcularium *S. Georgij in Alga* Venetijs anno M. CCCC. IV. à *B. Laurentio Iustiniano* Patriarcha Veneto institutum esse. *Alfonfus Ciaconius* in vita *Eugenij IV.* narrat, primos huic familiæ nomen dedisse *Antonium Corrarium*, *Gregorij XII.* nepotem, & *Gabrielem Gondelmerium*, qui post *Eugenius IV.* Papa fuit. *Paulus Morisius* in historia sua monastica, lib. I. c. 44. adserit istam *S. Georgij* congregationem primùm inchoatam esse à dicto *Antonio Corrario*, postea verò sic auctâ atq; illustratâ à *S. Laurentio Iustiniano*, vt illius quodâmodo fundator habeatur; non secus ac *S. Bernardus Cisterciensis* instituti pater ferè haberi solet, quod tamen à *S. Roberto Molismensi Abbate* scimus inchoatû. Probat hâc suam sententiam *Morisius* ex inscriptione tumuli eiusdè *Corrarij*, quæ in dicta *S. Georgij* basilica legitur: *Sepulcrum pijsimi Patris Domini Antonij Corrarj, beatæ memoriæ, Episcopi Ostiensis,*